# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Natiuitas d
### cum uariis

Nato regi aurum offerimus, si in conspectu illius claritate superne sapiencie resplendemus. Thus offerimus, si cogitationes carnis per sancta orationum studia in ara cordis incendimus ut suaue addendo per celeste desiderium redolere ualeamus. Mirram offerrimus, si carnis desideria per abstinenciam mortificamus.

Gregorius omelia X.: Cum natus esset Ihesus in Bethleem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

incendimus] intendimus C; suaue addendo] suaui odore P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; cum *om*. (*cor*. *in marg*.) M